1409. 23 Aprilis

Wladislaus rex Poloniae etc.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc deum Regis presidio gloriosi principatus solium assumpsimus, ad hoc
Regni recepimus diadema, ut subiectus nobis populus sub nostra felici subsidiis respirare in pacis dulcedine conquiescat et ab omni oppre-
ssionis gravamine surgat liberatus. Proinde nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie,
Cuiavie, Lithwanie princeps supremus, Pomeranie dominus et heres Russie etc. Notumfacimus tenore presencium tam presentibus quam futuris quibus
expedit universis. Quod considerantes et in animo revolventes multiplicibus oppressionibus, gravaminibus, laboribus et iacturis civibus et incolis civita-
tum Regni nostri ex exaccione vectigalium dictarum et equitaturarum, que podwodi dicuntur, et aliis quibuscumque [illegible] incumbentibus [illegible]
et salubri animadversione eadem vectigalia dictarumque equitaturarum in premissis podwodi dictas [illegible] abolendas, ut cives et incole civitatum
Regni et dominiorum nostrorum aggravacionibus [illegible] valeant et creatoris sui clemenciam [illegible] consortis et prolis nostre carissimis [illegible] exorare.
Et ut oppidum nostrum Radzeyow [illegible] gaudeat [illegible] et letetur, cives oppidanos et incolas eiusdem oppidi nostri Radzeyo-
w ab omnibus vectigalium dictarum equitaturarum que podwodi dicuntur oppressionibus et gravaminibus eorumque absolvimus et perpetuo liberamus, decer-
nentes et constanti firmitate statuentes, quod amodo ab eisdem civibus et incolis oppidi predicti Radzeyow [illegible] pro vectigalibus dictarum equitaturarum podwo-
di dictis tam [illegible] quam eciam [illegible] et aliis nulla requiratur per nostros quoscumque officiales et [illegible] sed quod ipsi cives op-
pidani et incole ab ipsorum dacione sint et [illegible] liberi et exempti. Illa sua necessitate [illegible] excepta et exclusa, quod [illegible] in Radzeyow constituti fue-
rimus, ipsi cives et incole eiusdem oppidi pro ducendis nostris utensilibus [illegible] tres aut quatuor currus nobis et domine Regine consor-
ti nostre carissime simul [illegible] tenebuntur ad civitatem sive ad locum proximum [illegible] tunc [illegible] iuxta consuetudinem tempore felicis
recordacionis domini Kazimiri Regis Polonie predecessoris nostri observatam. Et cum aliqua oportunitas emergerit, ipsi cives huiusmodi vectigalia dictarum et equi-
taturarum [illegible] et assignavit [illegible] et [illegible] tenebuntur [illegible] Capitaneus [illegible]
[illegible] contrariis [illegible] et [illegible] universis nostris firmiter [illegible] civibus nostris circa hac [illegible] ipsis [illegible]
[illegible] libertatem. In cuius [illegible] sigillum nostre maiestatis appensum est testimonio litterarum. Actum in Radzeyow feria [illegible] in festo Sancti
beati Adalberti anno domini millesimo cccc nono presentibus hiis [illegible] strenuis domino Iacobo de [illegible] Siradiensi, [illegible] de [illegible] Lan-
ciciensi palatinis, Alberto de [illegible] Brestensi, Iasskone de [illegible] Crusviciensi castellanis, Stanislao de [illegible] [illegible] et Sbi-
gneo de Brzeze curie nostre marschalko multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Nicolai prepositi [illegible] curie
nostre Regni Polonie vicecancellarii, sincere dilecti.

[illegible] domini Nicolai Regni
Polonie vicecancellarii

3

Littere Podwodarum quibus
libera Civitas a Podwo-
dis per Regem Wladi-
slaum Anno 1409